

si plures non potuerit, et letaniam ante altare decantet cum omni devotione. His expletis cantet missam oretque pro omnibus christianis tam vivis quam et defunctis. Et praecipue pro his, qui contra paganos pro defensione sanctę dei ecclesię sunt constituti.

V. Ut unusquisque pro modulo suę scientię diebus dominicis et festis suos parrochianos, cum ad ecclesiam convenerint, doceat<sup>b)</sup> praedicando et exortetur<sup>c)</sup>, ut oracionem dominicam et symbolum<sup>d)</sup> bene sciant. Et ut recedentes a malo sciant bonum.

VI. Ut unaquęque ebdomada feria VI nullus nec masculus nec femina aliquod opus facere praesumat, antequam ad ecclesiam cum omni devotione veniant et discalciatis pedibus cruces sequentes cum letania missam audiant. Et his peractis revertantur ad propria et postea operentur. Ipsa tamen die omnes abstineant se a carne et vino praeter infirmos. Oblationes suas pro posse suo deo offerant et pauperibus elemosinas tribuant.

VII. Ut nullus presbyter titulum alterius ecclesię, quam episcopo concedente rationabiliter adquisivit, per pecuniam vel ambitionem aut per laicalem potestatem temerario ausu invadere praesumat.

VIII. Ut nullus presbyter aliquam ecclesiam primo per laicalem potestatem acquirere temptet, nisi prius ad ministros ecclesię veniat et eorum consilio et consensu obtineat.

Diese anonymen Antwerpener capitula als ein Bischofskapitular einzuschätzen, liegt nahe. Adressaten der einzelnen Bestimmungen sind ausschließlich die Priester; Bischöfe, Kanoniker, Äbte, Mönche und Nonnen, erst recht Laien, sind nicht angesprochen. Eine solche thematische Konzentration auf eine einzige Gruppe des Klerus wäre im Rahmen der Kapitularien fränkischer Kaiser und Könige ungewöhnlich<sup>24)</sup>. Aber auch als Konzilsbeschlüsse wären die vorliegenden capitula schwer vorstellbar: Für Beschlüsse einer Provinzialsynode oder einer sonstigen Synode von überregionaler Bedeutung wäre ihre Thematik

---

<sup>b)</sup> doceat *verbessert aus* doceant *Hs.*

<sup>c)</sup> exortetur *verbessert aus* exortentur *Hs.*

<sup>d)</sup> *nach* symbolum *ist das letzte Drittel der Zeile in der Hs. leer (Rasur!)*

---

<sup>24)</sup> Eine Ausnahme – dann jedoch auch von viel grundsätzlicherer und umfangreicherer Art – bildet insbesondere die Kirchenreformgesetzgebung Ludwigs des Frommen von 816 bis 819.